





Xa
4336

JVSTA ANNIVERSARIA,

Memoriae nunquam intermoriturae
REVERENDISSIMI QVONDAM ET SERENISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI AVGVSTI,

Primatis Germaniae, Archi-Epis copatus Magdeburgensis Postulati Administratoris, Ducis Saxoniae, Juliaci, Cluiac & Montium, Angariac item ac Westphaliae, Landgravi Thuringiae, Marchionis Misniac ac utriusque Lusatiae, Comitis Principali dignitate Hennebergici, Comitis in Marca, Rauensburgo & Barby, Dynastae Rauensteini, &c. &c.

PRINCIPIS OLIM AC FVNDATORIS

ILLVSTRIS AVGVSTEI
Clementissimi aequae ac munificentissimi,

juste persoluenda, indicit,
simulque ad

SOLENNEM ORATIONEM,

crafina die,

ip̄sis scilicet Nonis Junii, A.O.R. M DCC XIX.

H. L. Q. C.

habendam,

decenter inuitat

JOH. DAVID SCHIEFERDECKERVS,
SS. Theol. D. & Prof. Publ.





Nter alia, quae a benefico creatore homo sibi concessa possideret, dona rationem quam maxime eminere, nemo facile faniorum mortalium ibit inficias. Hoc quippe gratiae diuinac ^{texmētov} brutis animantibus ipsum contradistinguit, adeoque perfectum pariter ac dignum reddit, quo hominis & nomen & definitionem jure meritoque sibi vindicare posit. Quae omnia licet ita fēse habeant; nihil tamen minus nullo sibi concredito connatoque bono abuti magis videtur homo, quam ratione. Unde enim, quæso, tot cruditorum, uti quidem audiunt vulgo, vana dubia, tot præconcepitæ opinions, tot curiosæ non minus, quam otiosæ tricisque implicatae quaestiones, indeque resultantes rixæ, quibus omnibus saepius ipsa diuina veritas triuole petitur acerrimeque oppugnatur, ac lumen coeleste obnubilatur? o vanas hominum mentes, o pectora coeca! Iliada certe post Homerum conscribere pararet, qui ea omnia & singula, de quibus Laconice tantum diximus, enumerando persequi vellet. Ingridatur modo, si libuerit, quis latissimum illum controuersiarum, quas anima nostra de seipſa haud raro mouere solet, campum, & tanta ini- bi reprehendet aliquando, quanta vix unquam mente concipere, & vix, ac ne vix quidem, ab homine sana ratione praedito, ne dicam Christiano, expectare poterit. Mox enim de sui origine dubitare occipit, an scilicet creetur hodiensem, an vero quopiammodo alio ortum trahat? dehinc, de sede sollicita, querit, ac secum quasi consultat, num cerebrum, num cor, num nescio quam aliam corporis partem sibi eligat? porro tam circa immaterialitatem sui, quam immortalitatem, ac gertime vaillat & fluctuat, verbi licet reuelati Sole luminis naturæ nebulis plus unam facem accende- te. Et, ut reliqua taceamus, quis ea nescit, quae de statu animæ post mortem varie a variis proponuntur meletemata? Quem inter alia latet Pythagorica illa, ut verba LACTANTII, Lib. 7. div. inst. c. 12. faciamus nostra, opinio ridicula & mīmo quam Schola dignior, ita ut ne

re-

EX LIBRIS
AVVAVANIA

refelli quidem serio debeat, de transmigratione animarum, quae
μεταμόρφωσις exprimi solet vocabulo? Quaeri quippe subinde
solet: *An animae, post solutionem vinculi naturalis, a corporibus separa-
tae, migrant in alios homines, vel etiam in volucres aliquando, canes, alia-
que bruta & bestias, quae exinde rationales reddantur?* Nescio sane, an
incepta acque ac impia hujus quaestions affirmatio orco non ma-
gis ac diabolo, quam Aegypto, omnis Idololatriæ matri, aut genti
Judaicæ, verum Deum aureo vitulo aliquando assimilanti, ortum
& originem debeat? Antiquissima inque vulgus nota veterum Rab-
binorum est traditio, quae explicationi vocis **נַּ** per **נַּ** Hebreo-
rum innitur, animam Adam, primi hominis, diuinitus ipsi infus-
tam, corpus postmodum Davidis occupasse, nec minus candem
aliquando Messiac, quem hodie adhuc anxie praestolantur verpi,
corpus ingressuram, adeoque trium horum virorum animam nu-
mero unam candemque singunt. Hinc mirum non est, quod re-
rum Judaicarum scriptor maximopere gnarus, JOSEPHVS, Lib. II.
de bello Jud. Cap. 7. de Pharisæis referat, eos docuisse, bonorum animas
transire in alia corpora, improborum autem interminabili suppicio crucia-
ri; conf. MAJI, SCHOUTD, aliorumque Theologia Judaica, Artic.
de Morte. Cuius erroris vestigia nec in sacro Codice, potissimum N.
T. plane desunt. Sic Herodes illi aliquo modo addicetus fuisse vide-
tur, de optimo Saluatorre nostro Matth. XIV, 2. talia pronuncians:
*Ἐτοί μή τινας ὁ Βασιλεὺς δύναται ἡγέρει τὸν νεκρὸν, καὶ διὰ τὴν αὐτὴν διάβασιν ἵνεργον
ἐν αὐτῷ.* Imo dubium non est, quin & vulgus eidem adjecterit calcu-
lum, comprobante Matth. XVI, 13. 14. Quac deinceps a Pythagora,
aliisque gentilium Philosophorum, nonnihil interpolata, inque Ec-
clesiam a Carpocratianis, Gnosticis, Marcionitis ac Manichacis in-
ducta opinio, tractu temporis in lernam multorum transforma-
ta est malorum, adeo, ut hac nostra actate nondum extirpata peni-
tus deprehendatur. Prouocant prodigiis istius erroris applausores,
inter quos Naturalistæ moderni ac Sceptici primum locum occu-
pant, ad Nabuchodonosoris exemplum, Dan. IV, 13. 30. licet inibi
de amissio rationis usu & mutatione cordis accidentalii, ratione mo-
tuum & qualitatuum quidem, non autem ratione substantiae, mul-
to minus de transmigratione animae in bestiam, sermo sit. Prouo-
cant ad Johannem baptistam, quem c collatione Malach. IV, 5. cum
Matth. XI, 14. XVII, 12. Elias anima praeditum somniabant, recla-
mante licet Angelo, Luk. I, 17. ipsoque Johanne, Job. I, 21. Prouocant
demum ad Historias profanas, in quibus multa de Lycanthropis, &
aliis, qui in volucres, pecudes, canes aliasue bestias transmutati
sint, afferuntur; cum tamen, si vere talia acciderint, merae sint
praestigia daemonum, nec hominis, qui a brutis differt specie, rea-
lis transmutatio talis artibus magicis, aut vi ipsius daemonis, un-
quam

FK Ka 4336

quam fieri possit. Quare has similesque nugas omnes merito ex-
plodimus. diuinaeque veritati potius, firmioris sermonis Prophetic
fundamento firmissimo nixi, missis curiosorum futilebus rationis
abusibus, adstipulamur, adserentes, animas, post secessum e corpo-
ribus suis, minime in Judaizantium Pontificiorum purgatorio, a B.
SCHERZERO, aliisque Ecclesiae orthodoxae Doctoribus, jamdu-
dum exusto, desudare, aut in Muhammedanorum Alaraf, quem lo-
cum tertium Pseudopropheta interParadisum & infernum absurde
effinxit, teste Alcorano passim, oberrare; (vid. SCHROEDERI
Muhammed teflis veritatis contra scipsum, Cap. V. §. VI. p. 81. seq.) sed im-
piorum in inferno, piorum vero in sempiterne beata & beate semi-
piterna vita iam versari, seu, ut Scripturae phrasí utamur, *in fasciculo*
viventium, 1. Sam. XXV. 29. in manu Dei, Sap. II. 1. in sinu Abrabae, Luc.
XVI. 22. in Paradiso, Luc. XXIII. 43. sub ~~omnagene~~ Christo, & ipsius, tan-
quam certissimi tutissimum Asyli, protectione, Apoc. VI. 9. Quo
Jun. A. C. MDC LXXX. beatissimam scimus Reuerendissimi quon-
dam & Serenissimi Principis ac Domini, Dn. AVGUSTI, Primatis Ger-
maniae, Arcibi-Episcopatus Magdeburgensis Postulati Administratoris,
Ducis Saxoniae, Juliaci, Cliviae ac Montium, & reliqua, Illustris Augustei
fundatoris olim glorioſi & vere augusti. Hinc de aeterna beatitudine
ipſi iterum iterumque gratulamur, ejusque memoriam grata men-
te etiamnum recolimus, Deum precati, velit ejusdem florentissim
Augustei & conseruatore & nutritore, ut indulgentissimum ita mu-
nificentissimum, Serenissimum CHRISTIANVM nostrum, vere Christi-
num, cum omni Celsissima Saxonum Prosapia, subque tutela optimi
Principis fertilissimum pietatis bonarumque Artium hocce empo-
mentusime, quam diutissime! Praestabit id ipsum publico non ine-
crastina ~~et~~ luce H. L. Q. C. curatius Vir Excellentissimus atque Am-
plissimus, DN. M. JOHANNES MICHAEL Guttbier, Lingarum
Sanctorum & Latinae, nec non Poëeos Prof. Publ. dexterissimus, premis-
sa, more sueto ac ea, qua pollet, dicendi venustate ac facundiæ breui-
de Gaudio Diui Augusti Paradiſaco oratione. Cui ut summi Au-
gustei nostri Tutani, Fauitores atque Commititones gratis, be-
neuole ac frequenter interest, est, quod omni obſeruantia & humanitate
rogamus, speramus. P. P. Prid. Non. Junii, ceu ipso SS. Trinitatis
Feflo, A. O. R. M DCC XIX.

LEV CO PETRAE,

Litteris Godoffr. Andr. Legii, Aulae et Augustei Typographi.

ULB Halle
003 851 729

3



Xa
4336

JVSTA ANNIVERSARIA,

Memoriae nunquam intermoriturae
 REVERENDISSIMI QVONDAM ET SERENISSIMI
 PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI AVGVSTI,

Primitis Germaniae, Archi-Episcopatus Magdeburgensis Postulati Administratoris, Ducis Saxoniac, Juliaci, Cliviac & Montium, Angariae item ac Westphaliae, Landgrauii Thuringiae, Marchionis Misniae ac utriusque Lusatiae, Comitis Principali dignitate Hennebergici, Comitis in Marca, Rauensburgo & Barby, Dynastae Rauensteinii, &c. &c.

PRINCIPIS OLIM AC FVNDATORIS
 ILLVSTRIS AVGVSTEI
 Clementissimi aequae ac munificentissimi,
 juste persoluenda, indicit,
 simulque ad
 SOLENNEM ORATIONEM,

craftina die,
 opsis scilicet Nonis Junii. A.O.R. M DCC XIX.

H. L. Q. C.

habendam,

decenter inuitat

JOH. DAVID SCHIEFERDECKER VS,
 SS. Theol. D. & Prof. Publ.



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

White

3/Color

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Continentes

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100